



D.d. 42

Ob We.

Ob Jil

Theol. hist.  
P. II. 24727



AUREA BULLA  
BRABANTINA

à

KAROLO IV  
IMPERATORE

data

*JOHANNI Duci Lotharingæ,  
Brabantia & Limburgia anno 1349.*

---

*Tertium recufa Anno 1697.*





## LECTOR BENIVOLE

**R**ogarunt me aliqui, ut famosam illam Bullam Brabantinam Iohanni Duci Brabantia &c. anno Christi 1349 à Carolo IV datam huc transcriberem, quò Iuris publici Studiosi eam statim in promptu habere possent. Anni horum precibus vel eo lubentius, quia in R. I. de anno 1598 §. 72 & 1641 §. 94. ac Instrumento Pacis Westphal. art. 9 §. & quia verb. abusus Bullæ Brabantinæ, indeque nata: repressalia & arresta, nec non Capitulation. Ferd. IV art. 6 verb. Mißbräuche der Brabantischen Gülden Bull & gloriosissimi Imp. Leopoldi art. 8 verb. und die unter denenselben aus der angemasserten Brabantischen Gülden Bull allegatur, hincque necesse, ut tenorem ejusdem sciant quicumque laudato studio operam dant. Accipe ergo H. L. istam, prout in Limmae lib. 5 jur. publ. cap. 2 num. 53 legitur, & qua textui hujus Bullæ, majoris illustrationis causâ, subjunxi, boni aequique consule. Scrib. in Academia Heidelberg. d. 14 Ianuar. 1682.

HENR. GÜNTER. THÜLEMARIUS.

BUL-

## BULLÆ BRABANTINÆ

*tenor est talis:*

**C**AROLUS DEI gratia, Romanorum Rex, semper Augustus, & Bohemiarum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etsi Regiæ potestatis circumspecta benignitas universos fideles ipsius, quos Romanorum ambit Imperium, pio favore prosequitur (ad illorum enim utilitates & commoda speciali quadam prerogativa & favore dignanter intendit, qui diurnitate laborum & devota fidei constantia circa procuratores sacrosancti Imperii Romani honores adhibita diligentia claruerunt) Tamen Illustrissimus Johannes Lotharingæ, Brabantiæ & Limburgiæ Dux, sacrique Romani Imperii Marchio, Princeps & consanguineus, virque clarissimus, ob merita probitatis & circumspectæ fidei puritatem, quibus ipse una cum suis progenitoribus Romanum Imperium debitis fidelitatis obsequiis præstantius honoravit, nec cessat quotidiano affectu sinceritatis diligentius honorare, hoc favore dignus est. Illa igitur ejus merita claræ mentis intuitu limpidius intuentes, ei, heredibus & successoribus suis in perpetuum hanc concessionem & devotionis gratiam de speciali nostræ majestatis favore duximus faciendam, decernentes & edicto perpetuo statuentes, quod nullus Archiepiscopus, Comes, Princeps, Baro, Nobilis aut cujuscunque conditionis existat, Ecclesiasticus sive temporalis, in quibuscunque causis civilibus, criminalibus, realibus aut personalibus, res, vitam contingentibus, vel honorem, aliquam jurisdictionem seu judiciariam potestatem, temporaliter in subditos, vassallos & servitores dictorum Ducis heredum & successorum ipsius, infra Ducatum Lotharingæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Marchionatum Imperii, & eorum appendia & quascunque pertinentias constitutis, ad instantiam cujuscunque personæ & intra & extra limites eorum dominiorum & etiam qualiscunque gradus, status seu conditionis existat, evocando, citando, appellando, abjudicando, præstando, banniendo, proferendo, aut alios actus judicarios faciendo, per sententias interlocutorias seu diffinitivas exercere præsumat, nisi efficaciter primitus evidenti ultimo documento probetur, quod à iudicibus, officariis & aliis fidelibus dictorum Ducis heredum & successorum ipsius, qui pro tempore fuerunt ministranda justitiæ deputati, petenti, sive petentibus super actione, seu actionibus, quam vel quas intentare vel intentasse noscuntur, justitia fuerit denegata, nec consequi potuerint justitiæ complementum. Decernentes universas & singulas sententias, interlocutorias & diffinitivas, si quas super quibuscunque causis, quibus etiam significatis vocabulis designare valerent, adversus præsentem gratiæ nostræ & largitionis indultum à quibuscunque iudicibus justiti-

justiciarum & justitiæ faciendæ præsidibus emanare contigerit, irritas penitus & inanes, nec eorum præceptum vassallos & servitores, dictorum Ducis, heredum & successorum ipsius, infra terminum & spacium dominiorum, quæ præscripta sunt, & eorum pertinentias constitutas æqualiter obligari.

Cæterum plerumque innocentes pericula dispendiorum videntur incurere, cum is, qui reus non est, loco noxii detinetur, ut ab eodem periculo in terris ejusdem Principis, quem sua virtute petentes non immerito præ cæteris adamamus, eidem de regis benignitatis gratia abundantius caveatur, illud præcipue statuendum duximus & Regis potestatis edicto strictius injungendum, ne aliquis vassallus, subditus aut servitor Ducis, heredum & successorum ipsius, infra Ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Marchionatum sacri Imperii, & eorum appendia seu pertinentias constitutas, in quibuscunque Episcopatibus, terris, provinciis, principatibus seu dominiis sacro Imperio subjectis, ecclesiasticæ seu temporalis, seu cujuscunque alterius, de eodem dominio quacunque noxa seu debito involutas, arrestari seu detineri rebus, aut corpore molestari debeat, aut aliquas molestias seu violentias quomodolibet sustinere, nisi fortassis reum, seu debitorem hominum, qui viva voce manualiter non tractus, sed sponte propria se debitis seu delictis talibus obligasset, absque aliorum præjudicio contingeret personaliter comprehendi. Si quis vel ausu temerario, vel quavis indiscreta præsumptione, gratis, immunitatibus & libertatibus, in præsentis contentis pagina, contraire præsumeret, & dictorum Ducis, heredum & successorum ipsius, in rebus adversus tenorem præsentium, quovis ingenio vel colore quæsito, in toto vel in parte aliquatenus derogare & detrahere, pœnas indignationis, destitutionis & præscriptionis nostræ, & amissionis jurium suorum, honorum & conditionis, gradus & status, quibus eundem in casu prædicto declaramus evidenter fore privatum pœnam 100 marcarum auri puri se noverit irremissibiliter incurrisse: quarum medietatem regalis nostri filii, & residuam partem injuriam passorum usibus determinamus applicandam: non obstantibus legibus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis publicis & privatis, editis vel condendis, privilegiatis vel privilegiandis, quibus in quantum præsentis nostræ concessionis exemptioni & gratiarum indulgis, pœnarum adjectis, & aliis in serie præsentium expressis, in toto vel in parte, videbitur contraire expresse & de certa nostra scientia, & Regis potestatis plenitudine; nobis veluti Romano Regi, aut sacro Romano Imperio, competentibus præsentibus derogamus, sub nostræ Majestatis sigillo, testimonio harum literarum. Datum Aquisgrani, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, octavo Calendas Augusti, Regnorum nostrorum, Romani año quarto, Bohemiæ vero tertio.

- COM-

COMMENTARIUS.

§. I.

**H**anc Bullam seu privilegium deinde Imperatores Sigismundus, Fridericus V, Maximilianus I & Carolus V diplomatibus suis confirmaverunt, si credimus V. Celeb. Joh. Jacobo Chifletio in *Alsatia jure proprietatis & protectionis Philippo Regi Catholico vindicata cap. 10 pag. 69.* Ejus autem extensionem & abusum Circuli Westphalici Status sapiusculè oppugnaverunt, ceu apparet ex actis Imperii, præsertim de ann. 1582, 1594, 1598 & 1603, 1641 & 1648.

2. Abusum illius Bullæ valde Imperator & Imperium improbarunt, hinc anno 1598 ad Statuum Westphalicorum querelas Recessui Imperiali §. 72 hæc inserta sunt: *Ob wir nun wohl auch bey wehrender dieser Reichs-Versammlung/ auf anhalten des Niederländischen Westphälischen Creysß Stände erinnert worden/ was bey vorigen gehaltenen Reichs-Tagen sie für unterschiedliche Klagen und Beschwerungen von wegen der Brabantischen Processi und evocationen eingeführet/ auch noch täglich je länger je mehr damit beschweret werden sollen/ angebracht/ was auch uns bey jüngster Reichs-Versammlung alhie anno &c. 94 wie diesen Beschwerlichkeiten mit andern Processen zu begegnen und abzuheiffen seyn möchte/ uns für ein Bedencken/ dem gemeinen Reichsbeschluss einzuverleiben/ überreicht worden/ und derwegen ißo unrerthänig ersucher/ dasselb was also bedacht/ durch izigen Abschied zu bekräftigen. So haben wir uns jedoch dahin erkläret und erbotten / obgenannten unsern Herrn Bruder/ Erzherzog Albertum, izigen General-Gubernatorm der Niederlande ic. nachmahls zu des Reichs und derselben klagenden Stände bestes / zu endlicher abheiffung solcher Beschwerungen zu ersuchen/ und an uns nichts ermangeln zu lassen/ ohne zweiffel Seine E. werde sich also drauff erzeigen / daß es keines weitem procedirens bedörffe. Solte es aber über geschöpfte Zuversicht je nicht heiffen/ und keine Abschaffung dieser Dinge an berührten Orten erfolgen/ sondern des Reichs Stände und Unterthanen einen Weg als den andern mit solchen Brabantischen Processen und Evocationen angefochten werden/ wollen wir alsdann gern ferner alles das thun/ was nach Befindung uns unsers Käyserl. Ampts halber obliegt/ und uns sonst von den Ständen an die Hand gegeben worden.*

3. Postquam anno 1641 in Dieta Ratisbonensi antiquæ similesque querelæ à dictis Westphalicis Statibus proponerentur, nomine Hispanici Regis, tanquam Ducis Burgundiæ, informationis & responsi loco per Petrum à Weyms, Equitem Hispanicum, Consiliarium & Præsidem in Ducatu

b

catu

catu Lucemburgico & Comitatu Chiny, atque Antonium Brun Hifp. Regis Confiliarium, Procuratoremque generalem Comitatus & Parlamenti Burgundiæ scriptum hâc verborum structurâ oblatum fuit:

*Reverendissimi, Illustrissimi, Amplissimi, Electorum, Principum & Ordinum Sacri Rom. Imperii Consilarii & Legati, Domini plurimum honorandi.*

**S**erenissimi Hispaniarum Regis nomine Domus Burgundicæ in præsentibus Comitibus Delegati, viso libello supplice seu memoriali, nomine Delegatorum circuli Westphalici inferioris cum tribus documentis annexis, jam recens Comitibus exhibito ac superiori hebdomade dictaturæ dato, circa privilegium Bullæ aureæ Ducatus Brabantiae ac Processus rigore ejus motus quæque inde pendent, proponunt breviter quæ sequuntur.

Inprimis cum Autores dicti memorialis indubie à longo tempore id sint præmeditati, adeoque de toto negotio bene instructi in medium prodeant. Burgundici vero Delegati non sufficienter instructos ac quodammodo inermes se reperiant, petunt terminum competentem sibi concedi pro habenda pleniore instructione, præsertim quoad casus particulares cum eorum circumstantiis in prætracto memoriali memoratos.

Quod si forte Comitibus ad finem nunc tendentibus propter temporis, quod superest, angustiam difficulter terminus possit obtineri, ut negotium hoc ad proximum Conventum Deputationis, in quo quicquid ad justitiam & tribunalium evocationes pertinet, tractandum erit, remittatur, exposculant pari ratione, quia gravamina ex parte circuli Suevici nuperrimè exhibita concernentia processus judiciorum Rothwilani ac Provincialis Suevici dicti *Land-Gericht* remissa sunt ad diem Deputationis proximè indicendam, ut auditis iis quorum interest propius examinentur, ac super iis, quatenus opus, provideatur.

Interim pro contraria informatione proponentes, quod in præsentiarum ipsis occurrit, prout partium suarum esse existimant sub amphioris instructionis expectatione, dicunt privilegium, de quo agitur, in Imperio & alibi esse notorium & indubitatum, relatum à Wehnero *obs. practic. tom. ult. Joh. Limnæo de Jur. publ. Imp. Rom. tom. 2 lib. 5 cap. 2 & aliis.*

Concessum id est jam ante tria circiter secula, videlicet 1349, per Carolum IV Imp. in favorem Joh. Brabantiae Ducis, ob illius ac progenitorum ejus erga Romanorum Imperium bene merita, proque eo & ipsius hæredibus ac successoribus in perpetuum, quod ab aureo Sigillo appenso Bulla aurea nuncupatur. Privilegium id confirmatum est per Imperatores qui post-



postmodum successerunt, imo & auctum & amplificatum, ac citra in hodiernum usque diem in viridi observantia semper est habitum. Sanè odiosum id haberi non debet, imò potius favorabile, utpote per quod reditur ad jus commune, juxta quod quilibet coram suo Judice est conveniendus, ac interdicta arresta seu pignorationes, quæ nimirum speciem executionis habent, à qua non est incipiendum. *tit. C. de prohib. sequestr. pecun.*

Verum quidem est, vicinos Principes ac Populos privilegium hoc jamdudum ægrè tulisse, unde factæ per eos non semel querimonie, quæ etiam Comitibus anterioribus aliquando sunt propositæ, verum id inducit ipsa privilegii natura, ut quia nimirum privata lex est, & specialis concessio, non possit non esse invidiæ obnoxium.

Ad id, quod allegatur de abusibus dicti privilegii, quasi extra eos terminos fiant evocationes litesque instituantur, respondetur, Regis Catholici, Belgarum Principis, mentem nunquam fuisse nec esse, abusibus indulgendi, atque privilegium, de quo agimus, ultra quam par est, extendatur. Sed & Regii ministri, Cancellarius præsertim & Concilium Brabantie, qui privilegii prædicti, casuumque ab eo dependentium Judices sunt, non alio studio ducuntur, quam ut in Controversiis privilegium hoc concernentibus, æqua lance, affectu, odioque procul habitis, justitiam sibi conceditam, pro ut decet, partibus administrent. Quod si fortè casus aliqui possint occurrere, citra terminos concessi privilegii, id non est illico imputandum Judici, cui sub- aut obreptum esse potest, verum ipsismet partibus sæpe exceptiones suas non proponentibus aut non probantibus. Unde in Brabantie Cancellaria sæpe numero contingit, quod obtentis literis evocatoriiis, probata postmodum sub- & obreptione, puta, quia impetrans non sit Brabantinus, aut casus ejusmodi, qui privilegio non sit comprehensus, sinistra ejusmodi evocationes cassentur, ac ipse impetrans in expensas, damna & interesse condemnentur.

Neque etiam partium evocatarum & condemnatarum querimoniis statim est deferendum, alias enim à quibuscunque cavillationibus Judex nunquam poterit esse immunis, si condemnatorum dictis aures præbeantur.

Præterquam, quod pro sententia semper stet præsumptio, sed nec dici possit, bene vel malè judicatum esse, nisi toto negotio bene perspecto, omnibusque actis & actitatis visis & examinatis.

Quæ omnia dicta sint salvo jure dicti Ducatus ac Cancellarie Brabantie, quæ suprema justitiæ potestate gaudet, nec appellationi aut provocationi Superioris est subiecta, sed nec dictus Ducatus jurisdictioni Imperii est aut unquam fuit obnoxius.

Hicse præsuppositis, ad puncta specialia in dicto memoriali contenta ex

ordine respondendo & ad prius quidem, quo supplicantes conqueruntur, quod Brabantiae Cancellaria se ferat pro interprete privilegii, de quo agimus, dicunt Burgundici Delegati, quod per diplomata Caesarea, quibus privilegium istud concessum & auctum est, Cancellarius ac Consiliarii Brabantiae constituti sunt ejus Cognitores, Conservatores ac Executores, quibus proinde competit, prout à tempore immemoriali competiit, plena & omnimoda cognitio causarum omnium exinde emergentium & dependentium.

Et haec quidem cognitio & interpretatio longè est diversa. Cognoscit Senatus Brabantiae de causis, quae ad Privilegium hoc Bullamque auream spectant, judicando juxta ejusdem tenorem, claramque verborum dispositionem dubiorum interpretatio ei est cujus est, relinquitur.

Objicitur, Bullam hanc à Statibus Imperii non fuisse acceptatam, aut saltem de eo non constare.

Verum quis hodie investigavit ea, quae à trecentis penè seculis acta & gesta sunt? omni casu usus ejus, ac immemoriabilis observantia, quae per se sola instar tituli esse debet, ad id esse debet plus quam sufficiens. Nam & pari ratione antiqua quaecunque in Imperio privilegia imò & ipsorum Judiciorum Westphalicorum, quae privilegiata sunt, possent impugnari.

Verum enim verò expressa satis est privilegii hujus acceptatio ea, quae in Imperii recessibus continetur, nominatim anni 1598 quo privilegium hoc pro indubitato habetur, ac duntaxat de obviandis excessibus cautum est.

Porro, nulla est ratio, cur privilegium hoc servitus Ordinum Imperii, aut onus Teutonicae libertati contrarium, indigitetur, cum nihil alicui imponat, sed duntaxat velit, Brabantinos non alibi, quam coram Judicibus suis conveniendos, adeoque recursum solum det ad jus communae, cum arrestorum, quae odiosa ac irregularia sunt, amotione.

Ad secundum punctum, quod proponitur de materiis criminalibus, impenditur tenor dictae Bullae, qui sic sonat, quod nullus cujuscunque conditionis existat, Ecclesiasticus sive temporalis, in quibuscunque causis civilibus aut criminalibus res vitam vel honorem contingentibus aliquam jurisdictionem in subditos dicti Ducatus exercere praesumat.

Ad tertium dicunt, quod non credant, in processibus, concernentibus dictam Bullam in materia exceptionis declinatoriae, aliter procedi, aut judicari, quam juxta juris ac styli communis rationem.

Quod in specie proponitur de lite Consulibus Colonienfis, ratione domus in eadem civitate sitae, corona aurea nuncupatae, ex ipsismet narratis reperitur esse impertinens; cum exponatur litem eam pendere coram curia feudali Brabantiae, quae à Consilio Brabantiae diversa est, siquae non convenire privi-

privilegium, de quo nunc agitur, cujus cognitio ad dictum Consilium privatè spectat. Exemplum, quod ulterius affertur de lite mota per quendam **Bellerbusch** in generalibus duntaxat terminis consistit, nec designatur species facti cum suis circumstantiis, quocirca nec eidem in specie responderi potest.

Ad quartum punctum respondetur: quod si Brabantus possideat bona sita in Imperio, contributionibus, aliisque oneribus Imperii obnoxia, ipse aut ejus colonus ad eorum solutionem indubie tenetur: neque creditur, quod virtute dictæ Bullæ ea in parte datum sit aliquod impedimentum, adeo ut querela hæc potius imaginaria quam realis videatur.

Ad quintum respondetur: quod cum administrator bonorum pro reddendis rationibus personali actione teneatur, consequens est, quod Brabantus, qui bona extra Brabantiam sita administravit, non secus ac ex alio quovis contractu, virtute dictæ Bullæ, non nisi coram suo Judice sit conveniendus.

An autem privatus privilegio dictæ Bullæ renunciare possit, quæstio est altioris indaginis, nec hujus loci aut materiæ: & non posse firmis rationibus sustineri exemplo Clerici, qui privilegio fori renunciare non potest. Quia id totum ordinem clericalem concernit. *cap. si diligenti X de foro comp. Et ibi DD.*

Ad sextum, quod allegatur de protensis Brantiæ limitibus, respondetur: punctum hoc alienum esse ab hac materia, nec unum cum alio esse confundendum. Alia autem limitum quæstio est, alia evocationum ac processuum, de quibus agitur.

Quamvis quod de prorogatis limitibus odii magis quam veritatis studio objectum est, nimis sit generale, nulla nec locorum nec temporis aut personarum facta mentione, cui proinde responderi non potest.

Quod si tamen Principum aut Ordinum Imperii quisquam de limitibus quod queratur habeat, Regis Catholici non minor, quam in justitiæ administratione erit sollicitudo, ut controversiæ hæc, more inter vicinos Principes usitato, debito modo componantur.

Ad septimum & postremum respondetur: thesin ibidem propositam esse subobscuram, ac alias generalem, ad quam proinde non cadit responsio.

Quod vero in specie allegatur de arcibus de **Thurnich** / **Brechen** / **Thalenbroech** & **Kessenich** / in Ducatu Juliacensi sitis, nihil in præsens dici potest, non visis actis, nec cognitis causarum meritis.

Quod ad Hollandos attinet, qui pro oppidis & locis, quæ in Brabantia occupant, par privilegium usurpare obtinent, non est Burgundicorum desuper responderi, nisi quod credant ejusmodi privilegium non posse derivari in rebelles ac injustos possessores, præsertim cum concessum sit Johanni

hanni Brabantiae Duci, pro eo, heredibus ac successoribus suis, quod ad subditos rebelles applicari non potest. Postremò repetunt quod ante dictum, Regem Catholicum Dominum clementissimum pro singulari iustitiae, quo fertur desiderio, non permissurum, ut sub privilegii, de quo agitur, praetextu fiat cuiquam injuria, aut extra ejusdem privilegii terminos, aliter quam par est, procedatur. Prout & pro certo confidit de Electorum, Principum ac Ordinum Imperii prona voluntate, ut jura & privilegia sibi subditisque suis competentia, quae à Majoribus longa serie ad eum derivata sunt, facta tecta conserventur. Ratisbonae 19 Septembr. anno 1641.

Anti informatio Burgundici  
Circuli adversus Circulum  
Westphaliae inferioris.

Reverendissimis, Illustrissimis,  
Amplissimis, Dominationibus  
vestris.

Deidissimi

Burgundicae Domus Delegati

PETRUS WEYMS.

ANTONIUS BRUN.

4. Sed quantumvis haec ita satis speciosè dicerentur, facti tamen evidentia Caesarem Ferdinandum 3 & Status Imperii nostri permovet, ut non tantum hujus privilegii abusum atro carbone notarent, sed etiam de remediis cogitarent, uti ex §§. 94 & 95 *Recessus Imperii Ratisb. de 1641* constat, quorum verba haec sunt:

Nachdem die Stände des Niederländischen Westphälischen Grewses sich jeho abermahlen gar hoch beklagt / daß die Brabantische Regierung zu Brüssel / unter Vorwand eines von Keyser Carl dem Vierten erhaltenen privilegii, welches sie die Brabantische güldene Bull nennen / ihnen allerhand unleidliche Beschwerden zufügten / sowohl in Personal- als Real-Sprüchen / da auch solche außser ihrer der Regierung Gebieth vel ratione contractus, vel delicti vorgeloffen / obßhon der schuldige an solchem Orth sich befindet / die Obrigkeitliche Erkännuß nicht verstatten wollen / und zu dessen Behauptung mit verbottenen / und zwar solchen schweren Repressalien de facto verfahren / daß oftmahls in einer Sach / welche nur hundert fl. wehrt / bey zehen tausend fl. oder mehr / tertius innocentibus, vorenthalten und eingezogen / auch in die benachbarte Landen / mit gewaffneter Hand gerücket / und Adeltiche Häuser und Schlöffer mehremahls occupirt und eingenommen worden / solches alles aber gemeinen Rechten / Reichs-Satzungen / dem Vertrag de anno 1548 und mehr andern / auch dem wahren Verstand des angezogenen privilegii selbst zuwider laufft / inmassen es dann die Abgesandte des Nieder- Burgundischen Grewses / aufm Reichs- Tag zu Regenspurg /

spurg Anno 1603 selbst also ausgedeutet/ daß er nemlich secundum jus commune, und nur dahin zu verstehen/ daß die Brabantische Unterthanen in personalibus extra territorium nicht zu evociren/ oder die Processse ab Arresto wider sie anzufangen. So haben wir auff der Churfürsten und Stände Abgesandten unterhängstes bitten/ uns allergnädigst erbotten/ sowohl des Königs in Hispanien/ als des Cardinals Infante LL. beweglich zu erinnern/ daß dergleichen hochbeschwerlich- und und unbillige Verfahrungen alsbald abgeschafft/ künfftig allerdings verhütet/ auch dem beleidigten um ihre erlittene Schäden gnugsamer Abtrag versattet werde/ diese unsere freundliche Abmahn- und Erinnerung gebührend beobachtet/ und ohne Frucht nicht abgehen werde; Im widrigen/ und da gegen alle besser Zuversicht mit solchen Thätigkeiten ein als den andern Weg sorgeseharen werden solte/ wañ sie sich deren in den Reichs-Satzungen aufgerichteten Land-Friedens und Executions-Ordnung erlaubter Mittel/ nach Nothdurfft/ und ihrer selbst eignen/ oder der Beträngten/ Rettung gebrauchen.

5. Et cùm tempore Pacificationis Westphalicæ novæ querelæ de excessibus Brabantinis audirentur, Instrumento Pacis Monasterii 1648 confecto articulo nono §. 1. cavebatur, ut *abusus Bullæ Brabantine indeque natæ repressaliæ Et arresta cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus ac detentionibus penitus tollantur.*

6. Idem renovatum in Capitulatione Ferdinandi IV. art. 6 verb. die hiewider eine Zeit hero verübte Mißbräuche der Brabantischen güldnen Bull nach Inhalt des jüngsten Reichs-Abschiedes de 1641 (*cujus renorem vid. hic §. precedent. 4.*) und iht ermeldten Frieden-Schlusses ab und eingestellt/ woenigers nicht den im Jahr 1548 zwischen Burgund und dem Reich aufgerichteten Austrägen und Compactaten nachgelebet werde. Et Capitul. Leopoldi art. 8 ibi: die hiewider eine Zeit hero verübte Mißbräuche/ und die unter denselben auff der angemasten Brabantischen güldnen Bull zu unterschiedlicher Churfürsten und Stände mercklichen Nachtheil herrührende Evocations-Processen gänglich aufgehebt/ wie auch daß Anno 1594 bey damahligem Reichs-Tag vergleichenes Gutachten vollzogen/ und denen durch gedachte Brabantische Bull gravirten Ständen auff erfordernten Nothfall durch das Jus retorsionis kräftige Hülffe geleistet werde.

7. Brabantinos autem hisce Decretis & Sanctionibus non usque adeò morem gestisse, indicat inter alia hoc scriptum in durantibus adhuc Comitibus contra Belgii Hispanici Gubernatorem Statibus Imperii oblatum, quod Amplissimus & variis eruditis scriptis Celeberrimus JCrus, Dn. Ahasverus Fritschius, Fautor noster honor. in *annotamentis ad Instrum. Pacis* verb. *abusus Bullæ Brabantine* adfert, & ita habet:

Pfalz-Neuburgisch Memorial

An den allhiefigen Reichs-Convenc &c.

Umb ein Reichs-Bedencken an Kayserl. Majestät wegen eines  
Dehortatorii an den Herrn Gubernatorn zu Brüssel.

In Puncto Evocationis.

Des H. Röm. Reichs &c. &c.

Hochwürdige/ Hoch- und Wohlgebohrne/ &c.

W<sup>E</sup>iln E. Hochwürden/ und meinen Großg. auch Hoch- und Vielgeehrten Herren nicht unbillig verdriesslich fallen würde/ wann die von mehr als 100 Jahren/ bishero fast auf allen Reichs- und Deputations-Tagen/ und bevorab bey diesem noch fürwehrendem Reichs- und Deputations-Convenc von verschiedenen Churfürsten und Ständen/ und darunter auch Ihrer Hochfürstl. Durchl. zu Pfalz-Neuburg/ meinem gnädigsten Herrn/ wider die also genante Brabant. Bull/ und daraus ausgemaste unleidentliche Beschwerde von Zeit zu Zeit schrift- und mündlich-geführte E. Hochwürden/ &c. ex Actis publicis und denen Reichs-Protocollis vorhin bekante Klagen aufs neue umständig vorstellen solte/ so wil man getiebter Kürze halber alles vorige/ worinne noch nicht wirklich remediirt worden/ hiehero ausdrücklichen wiederholen/ und E. Hochw. &c. wie gerne man sonstn derselben mit vielen Queruliren verschonen wolte/ nur folgendts alten Ständen des Reichs höchst-præjudicirliches Gravamen wider Willen gemüßiget/ eröffnen/ welches in deme bestehet/ daß die Hochgebohrne Frau Elisabetha/ Fürstin von Hohenzollern/ gebohrne Gräffin von Berg/ an Hochge- dachtes meines Gnädigsten Herrn Hochfürstliche Durchl. ein von Dero Herrn Vattern/ weyland Herzogen Wolfgang Wilhelm/ Pfalzgraffen bey Rhein/ &c. Hochseel. Andenckens/ auff Sie/ Hohenzollerischen Prinzessin vermeyntlich gekommenes Gammer-Lehn ad 138000 Brabantischer Gulden/ jeden zu 20 Scie- ber gerechnet/ in Capitali/ und darab zur Jahres-Pension 3450 dergleichen Gulden/ aus den Lempern/ Mühlen und Brucken/ auch Zoll zu Urmund/ alle des Herzogthums jährlich abzustatten/ prætendiret/ auch darüber verwichener Zeit Sr. Hochfürstl. Durchl. nach der Königl. Spanischen Legal-Gammer zu Gent in Flandern mit dem wider-rechtlichen Begehren evocirt hat/ daß Dero in besagter Flanderischen Provinz gelegene Herrschafft Wienenthal mit Vrest beschlagen/ und ihr aus selbigen Rentn die vermeynte Lehn-Pensiones verabsolger werden mögen; Obwoln nun erwehnter Legal-Gammer eben so wenig verborgen/ als förderst der Spanischen Regierung zu Brüssel aus denen vor diesem schon öftters beschehenen Remonstrationen gnugsam bewust/ daß Sr. Hochfürstl. Durchl. nicht nur alleine mit Keyserl. Privilegio de non evocando, neq;

arre-

arrestando in persona vel bonis versehen / sondern auch vermöge der im Jahr 1543. inter Carolum V. Rom. Imperatorem, & Wilhelmum Ducem Juliacentem, Clivensem & Montensem, amborumque hæredes & successores, nec non eorum terras, Dominia & Ditiones hæreditarias, quas tunc habebant & possidebant, vel in futurum haberent vel possiderent, eorumque subditos, in specie inferioris Germaniæ, & Juliacentes, Clivenfes & Montenses, auffgerichteten/diseits biß dahero jederzeit observirten Burgundischen Concordaten expresse disponiret / quod si aliqua controversia seu differentia inter prædictam Cæsaream Majestatem, & præfatum Ducem, eorumque hæredes & successores ex qualibet causa seu occasione exorta fuerit, vel etiam inter ipsosmet Principes, & alterutrius subditos moveri contigerit, ea controversia vel differentia coram ipsorum hinc inde deputandis Consiliariis & super arbitrio, modo, forma & loco ibidem conventis tractari & per eos vel amicabiliter componi, vel definitivè decidi, & verò si super materiam feudi quæstio moveretur, ea tunc coram illo seu Paribus Curiæ illius Principis, cujus feudum est, agitari & determinari debeat, und derowegen **J. Hoch-Fürstl. Durchl.** exceptionem fori declinatoriam dawider eingewendet / und solche Ihre Exception unter andern / sonderlich in obangezogenen authentick ad Acta übergebenen / und an seiten der Princessin recognoscirten Burg. Concordaten / und in dem Käyserl. Privilegio de non arrestando nec evocando, auch denen offenbaren Reichs-Sagungen bewehrlich gegründet / und mit mehr andern unterschiedlichen Fundamenten klärtlich demonstrirret / daß weder **J. Hoch-Fürstl. Durchl.** selbst / noch Dero Herrschafft Wienenshalberührter anmaßlicher Lehn-Renten halber ex actione reali, vel personali allda respectivè zu conveniren / oder mit Arrest zu beschwehren sey / und dahero **S. Hoch-Fürstl. Durchl.** nicht unbillig der gänglichen Zuversicht gelehret / daß die Legal-Gammer zu Gend / vornemlich aber die Königliche Regierung zu Brüssel sich obigen allen gemäß bezeugen und keines Weges dargegen directè verfahren würde / so hat man jedennoch angeregte Concordata so viel / als das Käyserl. Privilegium, und alle übrige Argumenta considerirret / sondern dessen / und allen andern Einwendens ungeachtet in obgedachter Sache actione utpote notoriè personali sich pro judice competente nulliter quidem declarirret / **Sr. Hoch-Fürstl. Durchl.** litis contestationem & responzionem auffgelegt / und unangesehen Sie / als gegen mehr-gedachte concordata, und Käysl. Privilegium höchst gravirret / zu Erhaltung selbiger / und sonst habenden guten Rechts ad omnem Juris effectum, & quocunque tandem alio remedio utendi coram Notario & testibus alsbalden provociren / und protestiren / und folgendes den Notariat-Schein / und wie allda moris & styli eine de attentatis abgefaste schriftliche Protestation der Legal-Gammer / und der Princessin gebührlich in-

finuiren lassen/ ist gleichwol unter sothanen incompetentere & nulliter arrogirte  
 Jurisdiction ad ulteriora progrediet / und Er. Hoch-Fürstl. Durchl. zu Kretung  
 ihrer unfröttigen Jurium und Dero beneben ex Constitutionibus Imperii  
 competirenden notorischen Reichs-Gerechtfamen necessiirt befunden/ end-  
 lich auch der Röm. Käys. Maj. diese gewaltthätige Zündthigung unterthänigst  
 zu erkennen zu geben / und dieselbe umb Thren Käyserl. allergnädigsten Schuß  
 und Manutenez gehorsambst zu ersuchen / gestatten auch Allerhöchst-ernanter  
 J. Käyserl. Maj. in allergnädigster Erwegung dieser unfügamen Proceduren/  
 und hingegen Er. Hoch-Fürstl. Durchl. rechtmässigen petiti. ein solches Rescri-  
 ptum Dehortatorium sub lit. A. an den vorigen Herrn Gubernatorn abgehen/  
 und nachmahls an den jetzigen Conte de Monterey allergnädigst renoviren las-  
 sen / daß man sich keines andern / als der Erkännuß verhängten Unrechtens/  
 und mithin des schuldigen Einfolgs dieser allergnädigsten Abmahnung / unfehl-  
 bar versehen sollen; Es hat aber solche geschöpffte gute Hoffnung so weit gefehlet/  
 und dargegen die anderseitige Begierde dergleichen wider Er. Hoch-Fürstl.  
 Durchl. einmal angefangene nullo jure justificirliche Attentata ferners zu con-  
 tinuiren / dermassen prävaliret / daß wol-gedachter Herr Gubernator darfür  
 hält / durch einen in factis civilibus, sed tamen negativis Terminis gefasten / und  
 Er. Käyserl. Maj. eingeschickten Bericht sub lit. B. hierbey seine prätenlam Ju-  
 risdictionem mit dermaliger Vorbeygehung der also genannten Brabantischen  
 Bull / auß folgenden zweyen Motivis principaliter zu behaupten. 1. Quod  
 vigore juris consuetudinarii Flandriae, in ceteris firmè omnibus Belgii  
 Provinciis semper sanctè observati, quo contra quemcunque alienigenam  
 in actione (quod notandum) etiam merè personali virtute Arresti super il-  
 lius bonis, hisce ditionibus sitis, decreti, Jurisdictio fundetur; 2. Quod  
 ipsemet Rex Catholicus indubitatus Imperii Princeps, à propriis subditis in  
 jus vocatus, se suorum Conciliorum & Curiarum decisioni & judicaturæ  
 subijcere minimè detrectet. Antequam ad diluendas has objectiones pro-  
 cedatur, præmissis ex Domini Gubernatoris ad Augustissimum Imperato-  
 rem declaratione in scriptis facta, & superius sub lit. B. allegata manifestè ad-  
 pareat, quod & ipse Dominus Gubernator Bullæ Brabantiæ diffidens, fun-  
 damenta sua non in ea ponat, sed tales evocationes, quæ antehac potissimam  
 causam vel magis attentatorum propugnaculum ex illa trahebant, in  
 posterum per alia subterfugia defendere allaboret, consequenter ejus confes-  
 sio propria ab hac parte omni meliori modo acceptata, & quâ probatio solidior  
 esse non potest, tandem sola sufficiet, ut seriò præcaveatur, ne similibus  
 evocationibus, Arrestis, aliisque attentatis Status Imperi, qui hæctenus sub  
 prætextu illius Bullæ non absque magnis eorum incommodis & damnis  
 fuere



fuere turbati, non amplius graventur, sed omnes abusus & excessus penitus tollantur. Quibus præmissis ad i. respondetur, sicuti Bulla Brabantina, cujus fundamento attentatam evocationem non esse justificandam, Domino Gubernatori merito visum fuit, aliàs hoc fulcro contra Status Imperii hæcenus tantoperè usurpato, nec tum superfedisset, in hac causa vim nullam habet; Ita etiam Serenissimo Duci Palatino-Neoburgico Flandriæ, & aliarum Belgii Provinciarum consuetudo pro ariete citata, vel minimè efficere potest, juxta etenim superius allegata, si uti par est, & propter respectum alterius partis conventioni quoque obligatæ, nemo dubitare debet, sæpe memoratis concordatis antecentum & viginti octo annos sub tanta fide erectis stare cordi fuerit, opposita illa consuetudo generalis, licet necessariis requisitis subnixæ esset, desideratum tamen effectum pro intentata evocatione fortiri nequit. Nam consuetudo illa vel ante vel post annum 1543. invaluit, si prius, tunc per subsequens pactum Antidorale, Serenissima Domus Burgundica dictæ consuetudini, quoad Serenissimum Palatino-Neoburgicum, renunciavit. Concordata enim & consuetudo eis contraria in uno subiecto simul non subsistunt; Si posterius, nemo negabit, quin contra concordata, de utriusque partis stipulatione in futurum statuentia, alterâ, utpote leges foederis sanctè colente & adversariis conatibus renitente, nulla observantia in jus consuetudinarium introducenda, ex actibus à tempore factæ transactionis hucusque semper contradictis locum habitura sit. Aliud foret, quando Serenissima Domus Burgundica concordata illa omninò extingui desiderasset, & illud per debitam denunciationem prius notificare ei placuisset, quo eventu Serenissimo Duci suo Palatino-Neoburgico copia fuisset, se quoque declarandi an simul ab illis concordatis resilire, & absque reflectione ad retrò acta & conventa sua jura per alia media adæquata & licita tueri veller, quæ ex suprâ memorato privilegio & variis Imperii Constitutionibus, aliisque jurium remediis uti nunc, ita tunc competiissent, hoc autem intermisso & concordatis ad destinatum finem & fidelem observantiam in præscripto vigore hucusque permanis, nullus erit, qui non rejecta consuetudinis objectione pro concordatis pronunciet, & adversæ partis actiones non modò contraventionis, sed & violentiæ vitio damnabit. Et posito, sed non concessio, jurisdictio illa in actionibus personalibus sibi arrogata, & cognitiones causarum ab ea dependentes, nullis interventis concordatis in exercitio consuetudinis nunc allegatæ (semper contradictæ) continuassent, tunc in comperto est, quod talis usurpatio laudata, etsi contra alios ita dictos alienigenas deprædicatam vim unquam legitime obtinuisset, attamen erga Principes & Status Imperii non absque ejusdem Imperii Constitutionum violatione, multò minus adversus specialia privilegia munitos

stringere valeret. Notum enim est sine multa deductione, an? & quando? ac sub quibus requisitis? præsupposita quoque ante omnia prætenione liquida debitor, etiam tamen plebejus, ex actione merè personali coram iudice tam ratione originis & domicilii, quam contractus alias incompetente conveniri, & illuc evocari, ejusque bona in dicti Judicis, respectu actionis personalis incompetens territorio sita, nullo pignoris vel hypothecæ nexu affecta, arrestari, ac fructus ex iis provenientes creditori, agenti, in solum adjudicari possint. Si hoc de plebejo, quid de Principe, & Statu Imperii libero dicendum? Quid de controversia super causa feudali orta sentiendum? Quæ ubi ventilari & determinari debeat, neminem latet. Tacendo insuper, quod ex Domini Gubernatoris asserto per actionem personalem institutam jurisdictionem non potius quam virtute arresti in antecessum decreti, vi nempe processus ab executione coepta fundetur, & ex illo principio accusatus litem contestari, atque in causa principali respondere teneatur, vel obnoxius sit sententiæ contra eum in contumaciam pronunciandæ, non attentatis nimirum aliis tam de jure, quam vigore consuetudinis cujusdam rationabilis necessariis requisitis, quem in modum etiam Serenissimo Duci Palatino-Neoburgico non difficile foret, nec occasio deesset, jurisdictionem suam eadem lege & praxi contra quoscunque alios, licet sibi non subjectos, quoad idem extendere.

Ad argumentum secundæ in vim objectionis factæ propositionis, vel potius exemplificationis, quod Rex Catholicus justitiæ legibus se in tantum subiciat, ut etiam à propriis subditis se in Jus vocari sinat, & decisionem ac judicaturam suorum Conciliorum & Curiarum non declinet, ex parte Serenissimi Ducis Palatino-Neoburgici non est, quod opponatur, sed observantia illa & justitiæ cultus, qui suo respectu etiam alibi viget, magis commendandus videtur; Utrum autem hoc exemplo ad stabiliendas evocationes & Arresta legitimanda, aliàs omni jure prohibita, in præjudicium exteriorum, præsertim Electorum, Principum ac Statuum Imperii quædam consequentia rationabilis juri & æquitati consentanea, ac unquam in praxi audita inferri queat, ipsi Domino Gubernatori dijudicandum relinquatur, qui haut pergrave agnosceret, an non ipse Rex Catholicus huic illationi pessimè concludenti serio contradiceret, ego nullus dubito, quin æque omnes Electores, Principes & Status Imperii, quam Sereniss. Dux Palatino-Neoburgicus isti sententiæ, utpote in summam jurisdictionum Imperii, ejusque constitutionum destructionem, ac privilegiorum, præminentiarum, aliarumque prærogativarum subversionem degeneranti in affirmativam subscribere detrectarent, consequenter tales evocationes juri communi, Constitutionibus Imperii, Capitulationibus Cæsareis, & Infr. Pacis repugnantibus sibi

sibi obtrudi nullatenus permitterent. Nechst dem ist wol-ermeltem Herrn Gubernatori, wie oben gedacht / nicht verborgen / daß J. Hoch- Fürstl. Durchl. mein Gnädigster Herr / beneben noch mit einem Käyserl. Privilegio de non arrectando neque evocando in persona vel bonis, deme eine gewisse und schwere Straffe gegen die Contraventores inserirt / schon vor langer Zeit versehen / Und obwol Er vorwender / quod dicta Principista in suo Marchionatu Bergezomenii sub Ordinum unitarum Provinciarum dominio fixum domicilium habens, Constitutiones Imperii sese non tangere, consequenter & illud privilegium Eam non obligare adstruat, so wird doch derselbe nicht übel vermercken / daß man umb so viel mehr / als wol-berührter Herr Gubernator in seiner schriftlichen Erklärung selbst angezogen / quod Rex Catholicus indubitatus Imperii Princeps sit, billich erachte und verhoffe / das Hochl. Haus Burgund werde hingegen auff die Constitutiones Imperii, und Käyserl. Privilegia gebührend reflectiren / und wann dieses geschicht / so cessiren dergleichen Evocationes ohne dem / und kan die Princepsin von Hohen-Zollern super denegata iusticia, quam apud incompetentem Judicem nulliter imploravit, & quæ illi salvis Imperii Constitutionibus ac citra sæpè dicti Privilegii contraventionem ab eo administrari non potest, sich mit keinem sug beschwehren; bey welcher der Ursachen wahren Beschaffenheit / und wein die bisshero geklagte Beschwerden nicht abnehmen / wol aber die alte Gravamina fast von Zeit zu Zeit mit neuen dergestalt gehäuffet werden / daß man nunmehr publicè und schriftlich manutiren wil / es mögen nicht weniger die Stände des Reichs in actionibus merè personalibus evociret werden / welches nicht nur alleine J. Hoch- Fürstl. Durchl. meines Gnädigsten Herrns speciali Privilegio schur-stracks zu wider lauffet / sondern anneben zu mercklichem Abbruch des H. Römischen Reichs Authorität / Hohenheit / Jurisdiction, und dessen wol-versehnen Sagungen / auch Chur-Fürsten und Ständen / und allen Reichs-Unterrhanen insgemein zu böser Consequentz und höchstem Nachtheil gereichen würde / wann solchen unerträglichen Anmassungen / bevorab auff allgemeiner Reichs-Versammlung / ubi ex propositis Statuum querelis similia gravamina, & ex illis, nisi in tempore efficax remedium adhibeatur, Præjudicia tandem irreparabilia innotescunt, ganz stillschweigend nachgesehen werden solte; So habe auß Gnädigstem Befehl E. Hoch-W. &c. &c. hiermit gebührend und ganz angelegenen Fleißes zu ersuchen / Sie geruhen / ob-verstandene unleidentliche / Ihren Hohen Herrn Principalen / Committenten / und Obern auch selbst zu gefährlicher Nachfolge abzielende Zumuthungen (dann was heute meinem Gnädigsten Herren geschichet / das kan morgen einem andern begegnen) seiner Wichtigkeit nach wol consideriren / und in beliebiger Erinnerung was wegen dererley widerrechtliche Evocationes, Arresta, und andere Attentata in Anno 1594. vor

gesambten Chur-Fürsten und Ständen abgegebenen Reichs-Gutachten / auch  
folgende in dem Reichs-Abschied de Anno 1641. bereits enthalten / in utroque  
Instrum. Pacis art. IX. §. 1. denen Kayserl. Wahl-Capitulationen / und mehr an-  
dern Constitutionibus heissentlich statuiret / bey der Röm. Kayserl. Maj. un-  
serm allerseits Aller-Gnädigsten Kayser und Herrn / durch ein bewegliches  
Reichs-Bedencken zu vermitteln / damit Allerhöchst Z. Kayserl. Majest. voriges  
Dero Allergnädigstes Dehortatorium an den Herrn Gubernatorem zu Brüs-  
sel / nicht alleine arctius wiederholen / sondern auch auff allen widrigen Fall die  
würckliche Vorkehrung deren in vorangezogenen / in andern Reichs-Esatungen  
zu Hülff und Rettung der beträngten Ständen begriffene Remedia, Allergnä-  
digst und nachdrücklich resolviren ; Solche bezeigende Wilsfahung / der sich  
Ihre Hoch-Fürstl. Durch. gegen Ihre Chur- und Fürstl. auch andere Herren  
Mit-Stände auß sonderbahren zu denen sampt und sonders habenden guten  
Vertrauen / sich ohnfehlbar getrostet / werden sie auff alle Begebenheit hinwie-  
derumb beflüssentlich zu ersetzen niemaln ermangeln / und es annehmen umb E.  
Hoch-B. &c. dancknehmig erkennen / ich aber beständig verbleibe

E. Hoch-B. u. u. und meiner Großg. auch  
Hoch- und Viel-gehrten Herren

Ganz bereit-Dienstwillig und geflissenster

Hoch-Fürstl. Pfalz-Neuburgischer Bevollmächtigter  
Abgesandter

Johann Ferdinand Versch / r.

Lit. A.

LEOPOLDUS, &c. &c.

**E**X adjuncta Copia libelli supplicis nomine Serenissimi Philippi Wilhel-  
mi, Comitis Palatini Rheni, Bavariae Ducis, exhibiti, pluribus videbitis,  
quem in modum is conqueratur, quod ab Henrici Comitis de Berg, Supre-  
mi Equitatus Hispanici Praefecti, Filia, Principissa de Zollern, intuitu pra-  
tensionis cujusdam seu modificatae, non verò adimpletae Stipulationis, inter  
dilectionis suae quondam Patrem & dictum Comitem de Berg, factae, coram  
Regimine seu Concilio Bruxellensi incompetenter conveniatur, demissè  
Nos requirendo, ut, quoniam ejusmodi Electorum, Principum ac Statuum  
extra Imperium evocationibus Eorundem Privilegia, ac Constitutiones et-  
iam Imperiales è diametro adversentur, Nostra apud vos officia benignè in-  
terponere vellemus. Sicuti igitur pro Imperatorii Nostri muneris ratione  
justae petitioni huic partes nostras, vel eò minùs denegandas duximus, quo  
magis

magis alias etiam personalis hæc actio omni jure Rei forum sequi necesse habet; Ita vel pro eo actotius Augusta Domus nostræ maximè interest, dictum Serenissimum Ducem hoc potissimum in tempore præter Jus Æquumve non offendi, sed benevolam potius ac bene affectum conservari, Vos ed etiam confidentius monemus, atque requirimus, quatenus evocationem hanc dicto Concilio Bruxellensi aliisque locis opportunè ac ferio inhibere, idque ordinare velitis, ne dicta Principissa de Zollern in hac personali actione ultra audiat, quin potius cum prætensione sua, si eam in jure fundatam existimet, ad Nos, aliave in Imperio fora competentia remittatur. Id quod cum justitiæ bonæque vicinitatis juribus consonum, tum Nobis pergratum est futurum; Qui, quod reliquum est, &c. Viennæ 8. Julii, Anno 1671.

Lit. B.

*Serenissime ac Potentissime Romanorum Imperator, Domine  
Clementissime.*

EX benignissimis Casaræ Majestatis Vestræ 8 Julii & 7 Augusti, ultimorum clapsorum Mentium datis literis pluribus intellexi, quid Majestati Vestræ ad instantiam Serenissimi Ducis Philippi Wilhelmi, Comitis Palatini Rheni, & Baviaræ Ducis &c. ratione litis a Principissa de Zollern contra Eundem Gandavi in Curia Legali Comitatus Flandriæ intentatæ, mihi clementissimè demandare placuit. Cum igitur nihil adeo mihi sit in votis, quàm omnibus modis & occurrentiis promptissimum meum Cæs. M. V. obtemperandi studium, quantum in me est, testatum reddere, pariterque præfati Serenissimi Ducis amicitiam constanter, uti par est, colere & conservare, hoc negotium Concilii Regiis pro debita informatione ac discussione quamprimum communicandum duxi, quatenus benè perspecta ac ponderata rei serie, majori cum fundamento & efficacia id statuere possem, quod jure & justitia salvis licitum videretur. Ex relatione autem mihi desuper subministrata patet, dictam Principissam de Zollern, Henrici Comitis de Berg, Supremi quondam Equitatus Belgici Præfecti Filiam, à Præfato Serenissimo Duce, censum seu canonem sex millium nongentorum Florenorum annuorum à Celsitudinis suo Domino Parente, dicto Comiti de Berg assignatum postulare, pro cujus solutione obtinenda, cum à multis retrò annis nihil inde se percepisse conqueratur, Toparchiam de Winnenenthal ad dictum Dominum Ducem spectantem in meditullio Flandriæ sub memoratæ Curie Legalis indubitatæ, jurisdictione sitam judicialiter arrestari curavit, cui arresto ejusdem Serenissimi Ducis Mandatarius Durus in dicto Tribunali se opposuit, allegans, Dominum suum, uti Imperii Prin-

cipem, ibidem actione personali conveniri non posse, petensque idcirco causam dimitti ad iudicem suum competentem. Verum hæc exceptio interlocutoria dictæ Curia sententiâ præterito mense Aprili latâ plene rejecta, ipsique injunctum fuit, ut vigore Juris Consuetudinarii Flandriæ in cæteris fermè omnibus Belgii Provinciis semper sanctè observati, quo contra quemcunque alienigenam in actione etiam merè personali virtute arresti super illius bonis in hiis conditionibus sitis decreti, iurisdictiono fundatur, litem contestaretur, adeo, ut ab eadem prædictum Serenissimum Ducem hoc casu eximendi, vel eo minùs ullus superesse modus videatur, quod dictæ Principissæ in suo Marchionatu Bergezomensi, sub Ordinum unitarum Provinciarum Domino fixum domicilium habenti petita administratio iustitiæ juxta statuta Belgica (sub solo prætextu Constitutionum Imperii, quas illa nullatenus sese tangere adstruit) negari nequeat. Interea tamen ad manifestandum singulare sæpè memorato Serenissimo Duci complacendi desiderium sanctus Concilium Regium à præfacto Mandatario Durus hac de re ante aliquot Septimanas exhibitum libellum supplicem ad supradictam Curiam Legalem remittendum decrevit, cum inhibitione de non procedendo ulterius in hac causâ, donec visò quidem Curia judicio aliud statueretur; at dictus Mandatarius fortè veritus, ne suæ intentioni minùs consentaneum foret, ac proinde ad litem contestationem tam supra hoc censu annuo, quàm aliis supra memoratæ Principissæ prætensionibus adstringeretur, illud ipsum producere hætenus intermisit. Quæ cum ita sint, indeque certò constet dictam Principissam sæpè memoratum Serenissimum Ducem coram præfacta Curia legitime convenire potuisse, eundemque facilè in contumaciam condemnandum, nisi litem contestetur, seque in iudicio defendere allaboret, vix video, quomodo in hi integrum erit, hac in re mutationem aliquam decernere, ne curiam iustitiæ præpedire ac Statuti & Privilegiis Patriæ meæ auctoritate, quod absit, videar velle derogare, quando & ipsemet Rex Catholicus, Dominus meus Clementissimus, indubitatus Imperii Princeps, à propriis subditis in Jus vocatus, se suorum Conciliorum ac Curiarum decisioni & Judicaturæ subijcere minimè detrectet. Hoc unicum hoc in rei statu Cæs. Majestati Vestræ sanctè polliceri possum, me sedulo advigilaturum, ne sæpè nominatus Serenissimus Dux præter aequitatem in quopiam gravetur, quin potius illius, quod ipsi competere potest; juris ratio accuratissima habeatur. Quod Cæsarem Majestatem Vestram debita submissione hiis minimè celandam putavi, Cui de cætero promptissima mea obsequia semper offerens. Bruxellis 18 Septembr. Anno 1671.

Cæs. Maj. Vestr.

*Humillimus & obsequentissimus Servus.*

Comte de Montecrey, &c.

Quæ supra §. 6. leguntur, novissimè quoque in Capitulatione Serenissim. Rom. Regis Josephi repetita sunt *Artic. 8.* verbis: die hierwider zeithero verübte Mißbräuche / da zum offtern die Rechtsfertigung von ihren ordentlichen Richten des Reichs ab / und nach Holland / Brabant und an andere auswändige Potentaten gezogen werden / und die unter denselben auß der angemahnen Brabantischen güldenem Bull zu unterschiedlichen Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen mercklichem Nachtheil herrührende Evocations-Processen gänzlich aufgehbt / wie auch das Anno 1594 bey damahligem Reichs-Tag verglichenes Gutachten vollzogen / und denen durch gedachte Brabantische Bull gravirten Ständen / auff erforderthen Nothfall / durch das jus Retorsionis kräftige Hülffe geleistet werde.

60 537  
AB 60 537


ULB Halle  
005 996 007

3



VD17









EA BULLA  
ANTINA

OLO IV  
ERATORE

data

NI Duci Lotharingia,  
e Limburgia anno 1349.

um recusa Anno 1697.

